

12278.
An

NIZ
17

DISPV TATIO POLITICA PRIOR
DE
AVTONOMIA ECCLESIAE

OCCASIONE PACIS RELIGIOSAE QVA ECCLESIA NOSTRA
AVTONOMIAM EST ADEPTA

Q V A M
P R A E S I D E
**IOANNE GEORGIO
VVALTHERO**

CONSILIARIO SAXONICO MORALIVM ET CI
VILIVM PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO
ATQVE EPHORO ALVMNORVM
REGIOELECTORALIVM

A D D . XXVIIII DECEMBRIS
ANNO AERAE VVLG. C I O I O C C L V
OB RELIGIONIS PACEM SAECVLARI ALTERO
I N A V D I T O R I O M A I O R I

P V E L I C E D E F E N D E T

IO. GEORGIVS SIGISMVNDS
A REPHVN
EQVES ANHALTINVS

VITEMBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS

DE
AUTONOMIA ECCLESIAE

DISCUSSIONE MUSICA MUSICA MUSICA
MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA

DE

LAUDIS

IOANNI GEORGIO
AVANTINERO

CONTRARIO SAXONICO MONACHICO ET C
VITAE MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA
MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA

MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA

MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA

OB REICHESSA LIVELM SECULARI ALTE
MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA

MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA

IO. GEORGII SIGISMUNDAS

A. LIPPHUN

HOAS ALEXANDRINAE

FOECO MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA

MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA

LULLO HIRRIK COLE MUSICA MUSICA

MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA MUSICA



CONSPPECTVS

- § I Occasio Disputationis a Pace Religiosa, qua Autonomiam Ecclesiae nostra est confecta. Illud ex exemplum Autonomiae Ciuitatibus datae
§ II Dignitas argumenti, adhuc in Iure Ecclesiastico Vniuersali silentio praetermissa
§ III et tamen superioribus temporibus, et nostris, disputati. Francisci Burgkardi impetus, a quibus repressus
§ IV Institutio nostri ratio
§ V Autonomia ex Graecorum praescripto definita, eiusque infimum genus, auctoribus iisdem
§ VI Alterum ex eorum mente cum Iure proprii magistratus coniunctum. Henrici Cocceii sententia
§ VII Tertium cum immunitate a

- tributis. Num Iure aerarii recte a Cocceio comprehendatur
§ VIII Ultimum genus, et supremum, Ius imperii summi complectitur, a facultate incolandae regionis, quam Romani Autonomis dabant, diuersum
§ VIII Hoc Cocceius, et Spanheimius, omitunt
§ X Plenae, et perfectae, Autonomias diuersa ratio, quas iidem auctores non secernunt. Autonomia minus plena: eius exemplum a Spanheimio pro plena habitum
§ XI Plenae et perfectae descriptio
§ XII et XIII Graeci soli Democratiae, atque Aristocratiae, Autonomiam tribuunt, quod Romani quoque ante Augustum faciunt, post eum non item. Dionis Cassii locus

A 2

de



- de Augusto, Autonomiam tollente, cum scriptoribus romanis collatus
- § X^{III} Sed eius multo latius patet vis et potestas
- § X^V Vniuersam enim Libertatem status continet
- § X^VI Cuīus quinque potissimum sunt genera
- § X^{VII} In statu naturali nititur Autonomia Iure AEQualitatis, et Libertatis. Hobbesii et Grotii opiniones. Seruitus status. Superior. Dominus
- § X^{VIII} et Iure Securitatis, quod Iura Defensionis, Recuperationis, et Punitio[n]is, sub se jūbiuncta habet
- § X^VIII Autonomiae in statu naturali ratio. Diodori Siculi locus, et num recte Autonomia per Iurisdictionem reddatur
- § XX Status socialis Autonomia
- § XXI Quando Societas necessario sint aequales, atque inaequales
- § XXII Sed aequae in societate inaequali, ac aequali, esse potest perfecta Autonomia: item verue propriaeque leges
- § XXIII Ciuitatis constitutio nittitur Pactis. Gottl. Gerb. Titii sententia examinata. Effectus Parti Unionis, et Administrationis, exemplo Belgii
- § XXIV Libertatis publicae et priuatae in Ciuitate, atque inde proficiens Autonomiae ciuilis, indoles. H. Grotii, Gracces Romanosque secuti, error
- § XXV Societatum intra ciuitatis territoriorum ratio
- § XXVI Hae duorum sunt generum respectu Autonomiae
- § XXVII Societatis in ciuitate quando plena Autonomia
- § XXVIII Huius genera inter Genetes
- § XXIX In Ecclesia sunt necessaria, quae modo Pactum Vnionis, non imperium vnius, aut plurium, admittunt
- § XXX Et arbitraria, in quibus Pactum Administrationis valet, et imperium quodammodo. Potestas ecclesiastica.
- § XXXI Externus Ecclesiae status respectu cum aliarum Ecclesiarum, tum Ciuitatis, cui adscripta est. Ius circa sacra Principis. Wolfit sententia. et Ius Securitatis Ecclesiae
- § XXXII Autonomia Ecclesiae adumbrata, posteriore Disputatione exprimenta





V

DISPUTATIO POLITICA PRIOR

DE

AVTONOMIA ECCLESIAE



§ I

VRE gaudet, et triumphat, hoc anno, Ecclesia nostra, quod abhinc ducentos annos. libertatis possessionem, de qua nimium diu deiecta fuerat, Pace Religiosa recuperauit, atque Autonomiam consecuta est. Si enim Religionis libertas tantum praefat ciuili, quantum diuina humanis preeferuntur: quidni exultet laetitia, cum gentes quoque, Autonomiam natae, insatiabili prorsus gudio compleatae elatae dicantur. Philippo rege, Macedonibusque deuictis, cum Graeci, qui sub eius ditione fuerant, expectatione erecti in Iudis Isthmiis starent, et praecco, senatus populi romani, ac T. Quinetii Consulis, auctoritate, pronuntiasset, omnes liberos, immunes, suis legibus, esse: tum maius gaudium repente extitit, quam quod vniuersum caperent homines, testibus Polybio, Liuio, Plutarcho, et Valerio Maximo¹⁾. Mirabundi alii alios intuebantur, tamquam aurum suarum fidei minime credentes. Tandem ab voluptate certa explorataque incredibilis gentium, omnibus laetitiis cumulatarum, cum clamore ortus est

A 3

plau-

1) Polybius in Excerpt. Legat. VIII. p. 1108. seq. ed. Gronou. Luius Lib. XXXIII. C. 32. Plutar-

chus in vita Q. Flaminii C. 17. et Valerius Maximus L. IIII. C. 8.

§ 5



plausus, totiesque repetitus, vt facile appareret, nihil omnium bonorum hominibus gratius quam libertatem, et suis legibus viuendi potestatem, esse²⁾

§ II

HAEC Autonomia, vt insigne decus est ciuitatis, sic ipsi Ecclesiae non minus conciliat ornamentum: quin ei tam necessaria reperitur, vt sine ea ne consistere quidem recte possit. Eius natura et indoles ex Iure Ecclesiastico Vniuersali est repetenda: quod vna cum Iure Publico Vniuersali germanos aperit Politices fontes, et quod alio nomine Ius Naturae applicatum ad Ecclesiam, contentanea ratione, dicas. Sed mirari subit, in tanta Iuris Naturalis, et Politices, luce, nostris temporibus, quibus multi ad Ius Publicum Vniuersale, Gentium, Feudale quoque, explicandum accesserunt, paucos tamen Ius hoc sacrorum adgressos esse, idque saepius extremis modo, quod dicitur, digitis tetigisse, vt e. g. in Iuris Naturalis Wolfiani voluminibus amplissimis, eorumque tomo octauo, vix tres plagulae de eo occurrant. Qui autem pluribus de eo agunt, Autonomiae rationem sigillatim non habent, sed generatim atque vniuerse exponunt de Ecclesiae libertate

§ III

DIGNA tamen, quae explicetur vberius, Autonomia videatur. Maiores nostri diligentissime tuiti sunt hanc Ecclesiae praecipuam dignitatem. Sed superioribus iam temporibus, maxime constituta Religionis Pace, de ea disputari coeptum, cum, praeter ceteros, Franciscus Burgkardus, in electoralı aula Coloniensi Cancellarius³⁾, edito de Autonomia libro, Protestantibus libertatem hanc

2) Autonomiae hoc beneficium in Asia, et Graecia, gentes Aeris, numis in primis, quos videoas apud Ezech. Spanhemium in diff. de Praefantia et

Vsu Numismatum T. I. p. 684-686.
T. II. p. 584. seqq. atque in Orbe Romano p. 324-928. celebrauerunt

3) Franciscum Burgkardum libri de



hanc ecclesiasticam, quam triginta modo annis ante acceperant ⁴⁾, eripere vellet, propter eam, quam sibi ipse erroris opinione fixerat, Autonomiam. Consutare virum conati sunt multi, praeterquam a Ioan. Friderico Pfeffingerero ⁵⁾ adducti, Magnus quoque Agricola ⁶⁾, Iustus Springerus ⁷⁾, Dommarein a Dissingaw ⁸⁾, alii ⁹⁾. Et licet Pace Westphalica rursus Ecclesiae esset asserta ¹⁰⁾, tamen res ipsa nondum desit disceptari

§ IIII

de Autonomia auctorem esse, omnes fere et quondam, et nostra aetate, dubitant. Verisimile facit bibliopola, qui, cum dedicat librum Electori Coloniensi p. 3. disertis testatur verbis, Cancellarium huius ipsius Electoris auctorem esse, in editione Monachensi ann. 1593: quod hoc magis mirandum, quo pluris eum acstimat Hermannus Conringius in iterata diss. de iure coronandi § 33. Opp. T. I. p. 685. Reliquos huius Pacis contemtores recenser S. V. D. Ioan. Frider. Bardt, Theologus Lipsiensis, in Comment. de Pacis Religiosae Oforibus, nuper admodum edita, et praemissa Disputationibus de hac Pace, p. 6. seqq.

4) Typis enim iam descriptus est anno 1585

5) Io. Fridericus Pfeffingerus in Institutionibus Iuris Publici Imp. Romano Germ. T. I. p. 1418, qui tamen de unico Autonomiae genere, quod Reservatum Ecclesiasticum dicunt, egerunt. Hoc Reservatum nuper Cel.

Franciseus Dominicus Haerberlin pluribus explicavit

6) Magnus Agricola libro, qui inscribitur, gründlicher Beweis, dass es nicht wahr sey, dass durch die Augspurgische Confession zu wiedereinführung eines barbarischen Heidenthums Vrfache gegeben werde, wider das Paepftische Buch von der Autonomia, Laugingen, 1602

7) Iustus Springerus de Pace Religionis, e typographio Spiessiano, 1651

8) Dommarein a Dissingaw, in der kurzen Information und Anleitung von der Autonomia, 1610

9) vti Sam. a Remchingen, Diff. II. de Pace Rel. in Politica Imperiali Goldasti P. XXX. Ioann. Christoph Beermann in Disp. de Iure Subditorum circa sacra § 22 p. 51 seqq. T. II. Disp. aliique, conf. Christiani Augusti Saligii Historia Augustanae Confessionis T. I. p. 788. seqq

10) Pace Westphalica eiusque Ostiabri. Art. V. et Monast. Cap. VI

§ IIII

OPERA E igitur pretium est, hanc Ecclesiae nostrae felicitatem non intueri tantum, sed omni ex parte contemplari, quibus fundamentis ea excitata sit, quam late pateat, quibus remediis integrâ seruari, quibusque armis defendi contra aduersarios possit: quandoquidem vel saecularis eius memoria, vtilia taceamus, haec postulare videatur. Ut autem auctores, modo laudati, Autonomiae caussam potissimum egerunt argumentis, ex sacrarum litterarum historiarumque monumentis deponitis: sic eius philosophicam eruere rationem, animus est, quia omnino principiis interioris Politices, ipsiusque Iuris Ecclesiastici Vniuersalis, nititur. Praeterea res ita videtur comparata, vt, exposita ea, et Forestas Ecclesiastica, et Ius circa sacra, et Ius Episcopale, Simultanei, Deuolutionis, in primis Libertas Ecclesiae publica, et priuata, aliaque controuerfa, in lumine ponantur. Neque alienum putauimus, eius rei periculum facere his temporibus, praesertim quod Commilitonibus Praestantissimis materies praebinda esset ingeniorum exercendorum. Verfabimur in negotio ita, vt Disputatione priore complicatas Autonomiae notiones euoluamus: posteriore eam ad Politices germanae principia tradamus. Ut vero obscuritas a re tam ardua, quoad eius fieri potest, depellatur, scripturae genus adhibebimus, non tam ab oratoribus poetisque, quam philosophis, usurpatum

§ V

PRIMVM autem gentium politiorum, maxime Graecorum, qui Autonomiae studiosissimi seruntur, notiones, quas voci huic subiecerunt, considerabimus: tum altius vim eius ex statu hominum cum naturali, tum sociali, ciuili, gentium inter se, et ipsius Ecclesiae, repetemus. Graeca Autonomiae voce, vti satis inter omnes constat, id continetur, quod latine, *suis-legibus vti, viuere, esse*, dicitur: cui Thucydidis Scholastes, vocem explicans, nmine

*mine vetante,*¹¹⁾ et Cicero iudiciorum facultatem, recte addunt. Hic enim de graecis ciuitatibus Ciliciae, quibus Proconsul quoque praeerat, exponens, omnes, inquit, *suis legibus, et iudiciis usae, Autonomiam adeptae, reuixerunt.*¹²⁾ Nam legum, et fendarum, et administrandarum, potestas tum integra est, cum neque iudiciorum, ad leges has exercendorum, libertate caret, neque alterius imperio subest. Autonomia in vniuersum est ius, legibus suis vtendi ad negotia conficienda. Quodsi ciuitas magistratus suos, quorum arbitrio respublica ex legibus patriis administratur, a superiore accipit, vt Graeci in Ciceronis prouincia, peregrinis, atque haud dubie a Cicerone constitutis, vñi iudicibus, insimo est genere Autonomiae ornata

§ VI

THUCYDIDES porro, grauissimus auctor, cum Autonomia coniungit *αὐτοδικίαν,*¹³⁾ quae non iudiciis modo suis, sed magistratis quoque et iudicibus, ex animi sententia lectis, vtendi facultas est. Haec saepius, et plurimum, illi nexa aptaque tam fuit, vt solo Autonomiae nomine comprehendenderetur. Hinc frequens Autonomorum in numis mentio, quibus Archontes sui, Praetores, et iudices, erant. Autodian hanc Henricus Cocceius autocratian appellat,¹⁴⁾

B

qua

11) Thucydidis Scholiaes ad Lib. II. C. 72. p. 142. ed. Dukeri, *αὐτοδικίας, interpretatur, τοῖς δικείοις νόμοις ακαλύπτας κρηθει,* cf. idem p. 115 et p.

329

12) Cicero ad Atticum Lib. VI. Ep. 2. Nam et si peregrinis vrebantur iudicibus, tamen, cum inter se suis legibus disceptare possent, se Autonomiam adeptos, exultabant, vt Cicero de iisdem refert Ep. I. L. VI. ad Atticum. Proinde non iure proprii magistratus aucti videntur, quod tamen

Ezechiel Spanhemius Diff. VIII. de Praest. et Vſu Numism. p. 676. putat: melius rem explicans in Orbe Romano C. VIII. p. 281. seqq

13) Thucydidis Lib. V. C. 18. p. 329, et post Autotelian locat. Cum vero eius, quam Autodeliae, longe frequentior occurrat cum Autonomia coniunctio, et huius dignitas sit maior, secundo posuimus loco

14) Henricus Cocceius de Autonomia Iuris Gentium C. XV. p. 232.
234



qua tamen voce plenum et sumnum exprimunt imperium Graeci, quod Autonomi, iure magistratum tantum creandorum aucti non habebant. Seiunetum idecirco constituit Autonomiae genus. Sic Asiaticae gentes autonomae, et si ab iurisdictione Praefidis romani liberae erant, tamen Romanorum subiectae imperio dicuntur: quod Spanhemius quoque vidit.¹⁵⁾ Alterum igitur, et praestanti, est Autonomiae genus ciuitatis, quae et legibus, et magistris suis libere vtitur

§ VII

RVRVS, eodem Thucydide auctore, cum Autonomia copulatur Autotelia, sive immunitas a tributis et vectigalibus,¹⁶⁾ et aliquoties eadem voce continetur.¹⁷⁾ Saepius tamen, antiquioribus quoque temporibus, cum Autonomis communicata non est.¹⁸⁾ Consequentibus Romani, in Graecos admodum humani, Autonomos plurimum imminentes fecerunt;¹⁹⁾ in Asia contra, cum primis superiori, Autonomorum plena, omnes fere reddiderunt vectigales.²⁰⁾ H. Cocceius Autotelian nuncupat ius aerarii, ad sustinenda Autonomiae onera: illudque censu, vel tributo, superiori pendendo,

non

¹⁵⁾ Spanhemius de Praestantia et Vnu Numism. T. I. p. 685

¹⁶⁾ Thucydides L. V. C. 18. p. 329. Ius praefidii proprii a Romanis ciuitates vna cum immunitate accipiebant, vid. Polybius in Excerpt. Legat. VIII p. 1108. Interdum quoque, qui tributa, aut pensiones annuas, soluebant, vti Carthaginenses, consecuti sunt, vt sine praefidio romano essent, Polyb. Histor. L. XV. p. 982

¹⁷⁾ Ita e. g. Perfarum legibus viuire, quod tributa ferre Persis est, περισσοτες apud Aeschylum in Persis v. 386. opponitur αυτονομια: et Thucyd L.

VII. C. 57. p. 482 tributarios ab Autonomis sciungit

¹⁸⁾ Quodiam ostendit Ezech. Spanhemius Diff. VIIII de Praestantia et Vnu Numism. p. 677. seqq.

¹⁹⁾ Quin Antiochi aetate nulla erat in Graecia ciuitas, quae aut praefidium haberet, aut stipendum penderet Romanis, conf. Liuius L. XXXV. C. 46. Autonomiam eandem gentibus victimis tribuit Hannibal, vt Tarentinis, apud Liuium L. XXIIII. C. 8.

²⁰⁾ Cicero ad Quintum fratrem Lib. I. Ep. 1. p. 956. 959; cf. Spanhemius in Orbe Romano C. X. p. 313



non tolli, putat : 21) in quo fallitur omnino. Nam facilis et expedita est distinctio eorum, qui ἀυτοτελεῖς, et ὑποτελεῖς, immunes a tributis, et tributarii, dicuntur: aerarii vero ius, a Cocceio inductum, iam commemorati Autonomi propterea videntur obtinuisse, quod magistratus, sive peregrini, sive sui, tamen ipsis alendi, et sustentandi, essent. Immunitas hacc tributorum nobilius efficit Autonomiae genus 22)

§ VIII

TANDEM Ius summae potestatis, atque agrum, sive territorium, cum omni imperio incolendi, cum Autonomia idem Auctor connectit. 23) Graeci quondam Autonomi de imperio hoc acerime, ut sit, inter se digladiati sunt. Cum vero Arguii magno proelio superati a Lacedaemoniis essent: hi, temporibus inservientes, foedus cum iis fecerunt, ut Arguii non tantum, sed omnes in Peloponneso ciuitates ἀυτόνομοι, et ἀυτοπόλεις, τὰς ἀυτῶν ἔχοντες, Autonomi, et Autopoles, agrum incolerent suum, et patriis institutis iudicia aequo parique instituerent iure. Similiter ut extra Peloponnesum, et Lacedaemoniorum, et Argiorum, socii idem ius agrum incolendi suum, quod Arguii Lacedaemonique haberent, tuerentur. Arguii autem, et Lacedaemonii, tum temporis summo aucti imperio erant. Hinc Ius Autopoleos facultas summi imperii est, atque agrum cum imperio tenendi. Hoc ius Romani gentibus, ceteroquin Autonomis, non totum conesserunt: nam iis quidem, ut Graeci saepe, Ius largiebantur regionis retinendae, quod tamen ab illo diuersum est. Sic Carthaginiensibus Romani, quibus tam

B 2

duras

21) Cocceius de Autonomia C. XV.
§ 5. p. 233 seqq

22) Plenam hanc Autonomiam populi regesque socii Romanorum adepti leguntur, qui tributa non soluerent, sed bellis tantum Romanorum armati adessent, atque auxilia mitte-

rent, vid. Tacitus in Histor. L. IIII.
C. 12. et de moribus Germanor. C.

29. Sed plurimorum tristior, maxime consequentibus temporibus, quin diu ante Tacitum, fuit status

23) Thucydides Lib. V. c. 79.
p. 364



duras imperauerant annuas pensiones, illud dederunt. ²⁴⁾ Victae enim gentes, cum arbitrio Romanorum se permetterent, primum omnium agris suis exuebantur: quos deinceps, clementiam victorum adeptae, iterum accipiebant, ²⁵⁾ vel plena, vel minus plena, interdum addita Autonomia

§ VIII

IN S I G N E hoc Ius, quod ad ciuilis pertinet Autonomiae perfectionem, silentio praetereunt Henricus Cocceius, et Ezechiel Spanhemius. Dubium vero non est, quin vere proprieque liberae gentes, et alterius potestati nullo subiectae modo, hoc ius, ut superiora omnia, vel ab ipsa natura, praefertim ab aliis nondum bello superatae, accipiunt, vel victae victoris, aut sociorum, beneficio non nunquam conleuantur. Sic ciuitates in Asia, ante Medorum Persarumque dominatum, hoc fruebantur naturae beneficio, quibus Herodotus Autonomiam solam tribuit. ²⁶⁾ Quin gentes, ab ipsis patribus extorres, et omni suo territorio expulsae, quamdiu liberae manent, nullius obnoxiae imperio, tamdiu iure hoc vti, et vacua loca cum imperio, et occupare, et possidere, possunt

§ X

COCC E I V S, et Spanhemius, plenam a minus plena seiungunt Autonomiam. ²⁷⁾ Sed iuuabit ea quoque, quae in plena secesserenda sunt, distinxisse, vel potius inter plenam, et perfectam, aliquid discriminis posuisse: vti, Ciceronem, constat, plenum a perfecto secreuisse oratorem. Minus plenae genera Autonomiae § 5 et 6 sunt explicata, tum quod abest immunitas tributi, cuius pendi di duram legem, a superiori latam, Autonomi illi tolerabant: tum

ma-

24) Polybius in Histor. Lib. XV. p. 982. et in Excerpta Legat. CXXXII. p. 1350
25) Polybius in Exc. Leg. CXXXXII. p. 1349

26) Herodotus Lib. I. C. 96. p. 41. conf. L. 1. C. 6. p. 3. ed. Gron.
27) Cocceius de Autonomia C. XV. § 7. p. 235. et Spanhemius in Orbe Romano C. VIII. p. 281

maxime, quod Graeci legibus suis vti, opponunt saepius alterius populi legibus viuere, quod ipsis est, tributa pendere, vt alia taceamus. Eiusmodi minus plena fuit Autonomia, a Romanis, finito Punico bello, Carthaginiensibus data. Nam testibus Polybio, et Liuio, inter pacis conditiones erat, vt decem millia talentorum argenti descripta, pensionibus aequis, in annos quinquaginta soluerent; cuius pecuniae prima collatio, quod diutino bello exhaustis difficilis videretur, curiam moestitia et fletu impleuit.²⁸⁾ Hanc adeo Spanhemius plenam, et meram, minus recte nuncupat²⁹⁾

§ XI

P L E N V M Autonomiae ius est in ciuitate potestas suis et legibus, et magistratibus, et vectigalibus, nullo vetante, vtendi. Hanc Athenienses Lacedaemoniique Delphis tribuerunt,³⁰⁾ cum plurimae ciuitates autonomae tributum penderent. Hanc Hannibal Tarentinis in Italia,³¹⁾ et Romani Graecis, qui sub Antiochi, Macedonum Regis, ditione fuerant, dederunt, eosque liberos, immunes, et suis legibus, fecerunt.³²⁾ Perfecta nobis est ea, quam suis numeris et partibus quasi absolutam dicas, cum Ius summi complectatur imperii adeo, vt neque imperium alterius expectet perferaque, neque maiestatem alterius comiter conseruet, quod superiorem habere alterum est, romana dicendi forma³³⁾

B 3

28) Polybius Histor. L. XV. p. 982. seqq. et Liuius Lib. XXX. C. 37

29) In Orbe Antiquo p. 282.

30) Thucyd. L. V. C. 18. p. 329

31) Polyb. histor. L. VIII. p. 737. Liuius L. XXV. C. 8. p. 422

32) Polyb. in Excerpt. Leg. VIII. p. 1108. Liuius L. XXXIII. C. 32.

33) Maiestatem populi romani co-

§ XIII

miter conseruare Cicero pro L. Cornelio Balbo C. 16. ita explicat. *Pri-
mum verbi genus hoc conseruandi, quo
magis in legibus, quam in foederibus,
vti solemus, imperantis est, non pre-
cantis.* Deinde cum alterius populi
maiestas conseruari iubetur, de altero
fletur: certe ille populus in superiori
conditione, causaque, ponitur, cuius
maiestas foederis sanctione defenditur.

et



§ XII

GRAECI, et Reipublicae temporibus Romani, nimis coarctant Autonomiam, et sibi Democratiae, atque Aristocratiae, sive Oligarchiae, tribuunt: Regno autem tam aduersari contendunt, ut ei conciliari iungique non possit. Graecorum prostunt quam plurima exempla: nisi quod Lacedaemoniis, qui Thucydidis aetate sub regibus erant, eam vindicarent: ³⁴⁾ quia reges aequae, ac senatus et populus, legum, a Lycurgo latarum, vinculis obstricti erant. Quin Dio Cassius, ex Graecorum consuetudine, de rebus romanis minus recte interdum exponens, auctor est, Augustum sustulisse Autonomiam, et dominatum in rempublicam intulisse. ³⁵⁾ Nam Romani deinceps, principatu Imperatorum, August humanitate confirmato, assuti, *non regno, neque dictatura, sed principis nomine, constitutam rempublicam*, dicunt. ³⁶⁾ Et cum Augustus, et Tiberius, formam imperii popularis vtcunque seruarent, Suetonius, *non multum absfuit, inquit, quin Caligula speciem principatus in re-*

gni

et Proculus D. I. 7. de Captiuis et postlimini. *Liber populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subiectus, sive is foederatus est, item sive aequo foedere in amicitiam venit, sive foedere comprehensum est, ut is populus alterius populi maiestatem comittere conservaret.* Hoc enim adiicitur, *ut intelligatur, alterum populum superiorem esse, non, ut intelligatur, alterum non esse liberum.* Quibus in locis Superior is socius est, cui ob illustriorem dignitatem alter, inferior eadem, maiorem reverentiam foedare stipulatur, salua tamen, qua ad foedus accessit, libertate. Sed haec ipsa maior dignitas, et reverentia, aequa-

litatem inter gentes tollit, quae ad perfectam Autonomiam requiritur, vti vberius deinceps ostendemus

34) Quin eos omnium maxime liberos dicunt, vid. Philofratus in vita Apollonii L. VI. C. 13. Xenophontis liber de Rep. Laconum totus in commendando regno Laconico versatur, vid. quoque Perizonius ad Aelian. var. hist. L. XI. C. 20. idem in dissertacionibus ab Heineccio editis p. 639. atque Oratione de Imperio p. 233.

35) Dio Cassius L. LVI. C. 39. p. 837. cf. Lib. XXXXIII. C. 20. p. 354. XXXXV. p. 442 ed. Reimari

36) Tacitus in Annal. L. I. C. 9. p. 29. ed. Gron.

gni formam conuerteret. 37) Tandem Romanorum grauissimi, admirabundi hoc vnius imperium intuentes, *Neruam res olim insociabiles miscuisse, principatum, et libertatem,* 38) *Traianum vero quotidie felicitatem imperii augere,* 39) *et principatum libertatemque eodem vti foro, Traiano imperante,* 40) *gloriantur*

§. XIII

AT vero Reipublicae temporibus ab vnius imperio tam abhorruerunt Romani, vt illud libertati ciuili, siue Autonomiae, continentier opponerent, vti ex multis Liuii, Ciceronis, 41) aliorumque, locis apparet. Apud Strabonem relatum legimus, Cappadoces, cum Romanorum ope potuissent consequi, tamen repudiasse, Autonomiam, et sibi regem expetiisse: Romanos contra admiratos, quod de libertate animum despondissent, et, vt regem sibi crearent, permisisse 42)

§. XIV

IN rebus non modo ciuilibus frequens adhibita est Autonomia: verum etiam in ecclesia de ea vehementer disputatum, vt supra monuimus. Sed Graeci et Romani, ad quos subinde recentiores prouocant, eius vim et potestatem, et si non male definitam, in regnisi atque imperiis nimis arcis finibus concludunt. Vc. re enim, vt res est, si volumus iudicare, multo latius ea patet: quod obseruare, et ad naturam Autonomiae ecclesiasticae dijudicandam, et ad subortas subinde lites dirimendas, vtile videtur,

prae-

37) Suetonius in Caligula C. 22. P. 388 ed. Gron.

38) Tacitus in Agricola C. 3. p. 692

39) Tacitus I. c.

40) Plinius in Panegyrico C. 36. fecr. 4. atque ad hunc locum Christi-

an. Gottl. Schwarzius p. 143. a.

41) Liuius L. I. C. 17. L. II. C. 12. LXXXV. passim, Cicero in Philippicis, alii

42) Strabo in Geograph. L. XII. p. 815. ed. Almelou.



praecipue cum illud a Cocceio, et Spanhemio, optimis hac de re auctoribus, quoque sit praetermissum 43)

§ XV

NON enim Democratici, atque Oligarchici, status angustiis continentur, sed per omnes, quos vel natura dedit, vel necessitas, et vitae ratio, addidit, vagatur liberos status. Ex generibus libertatis, quae sumuntur a philosophis, libertatem status complectitur: quae tantum nobis conuenit, quantum ad alterius arbitrium non viuimus. Quemadmodum libertatem voluntatis ab interno, sic status ab externo, remotam dicimus cogendi principio. Nam Status est conditio, qua homines, respectu maxime ad alios, aut alias res, habito, actiones vel edunt, vel edere debent: et Libertas Status conditio eius, qui libere actiones instituit ita, ut neque expectanda ipsi, neque timenda, sint alterius mandata. Iam vero Autonomia perfecta est eius potestas libera legibus suis viuendi, qui nullo expectat, aut perfert, modo alterius imperium: ut uniuersam adeo sibi vindicet status libertatem

§ XVI

SUNT autem quinque potissimum status hominum, qui, cum legum suarum libertate fruuntur, Autonomiam habent. Vnus a sola profectus natura, et naturalis propterea vere proprieque dictus: reliqui pacto constituti, socialis, ciuilis, gentium, atque ecclesiasticus. Hi singuli naturalem non tollunt, sed fundamenti sumunt loco, et quodammodo limitant pactis, ut variis vitae officiique necessitatibus in hominum consortiis reddant aptiorem. Proinde naturali non opponuntur, sed subiiciuntur, eiusque fundamentis nixi, praecclare consistunt. Libertatem suam in iis, siue potius

43) Cocceius Autonomiam Gentium eo consilio tractat, ut inde Civitatis cum mediatae, tum immedia-

tae, indolem repeatat: et Spanhemius occasione numorum græcorum tradit illius genera nonnulla

potius Autonomiam, tueruntur homines, et si quibusdam ex partibus diuersam

§ XVII

LEX NATURALIS primum omnium iubet, ut quisque se statumque suum conseruet, et meliorem reddat: qua lege vniuersis a natura, et singulis, data, non ius modo omnibus concessum est se statumque suum conseruandi, emendandique, sed ius quoque suppeditatum ad ea omnia, sine quibus propositus hic finis obtineri nequit: ita tamen, ut paria aliorum iura maneant salua. Idecirco hinc ortum trahit in statu naturali primo Ius AEqualitatis, sive facultas paria haec cum aliis iura innata 44) exercendi, ut nemo ob plura maioraue iura superior sit ita, ut ab eo mandata quedam sint accipienda. 45) Superior enim dicitur, qui iustum habet potestatem in alterius actiones, ita tamen, ut inferior multa quoque libere agat. 46) Tum Ius Libertatis, sive potestas iura et innata conseruandi, et noua acquirendi, ad arbitrium suum, non vero ad li-

C

bidi-

44) Iura innata nobis sunt facultates ea agendi, ad quae et naturae auctor nobis insenit propensiones constantes, ipsa ratiocinatione nostra anteriores, vid. Praefidis programma de Primis Naturae, p. 19. seqq. et sine quibus legi naturali de nobis conseruandis, statuque nostro emendando, satisfacere non possumus. Hoc enim ut Iura, sic illud, Innata ea esse, comprobatur. Idecirco, praeter Ius AEqualitatis, Libertatis et Securitatis, alia quoque ingenerata reperiuntur, vt Ius feliciter vivendi, Ius Sensuum, Honoris, Animi sensa exprimendi, Socialitatis, rel. in primisque Ius Cognitionis et veri, et Ius Colendi Deum, de quibus suo loco

45) Hobbesius quoque Ius AE qualitatis et Libertatis vrget, sed infinitum cuique tribuit, ut omnibus omnia in omnes licita sint: qui praecipuus est eius error. vid. Elementa Philosophiae de Ciue Cap. I. quod inscribitur Libertas § 3. seqq. Melius omnino Wolfius Libertatem a Licentia sciunt T.I. Iur. Nat. p. 90. seqq.

46) Cum Hugo Grotius de I. B. et P. Lib. II. C. XX. Sec. III. § 1. Superiorum fixisset eum in statu naturali, qui melior esset praestantiorque ceteris, et prudentior: recte confutatus est a Pufendorfio in I. N. et G. L. VIII. C. III. § 7. Superioris notionem apud Romanos iam Obs. 33. adduximus



bidinem domini cuiusdam. Nam dominus est, qui alteri ita imperat, vt nihil hic arbitratu agat suo. 47) Aequalitati opposita est Inaequalitas status, qua alter alterum superiorem ob plura maiora que iura habet. Libertati vero contraria est Seruitus status, cum quis neque exercere iura sua, neque acquirere noua, potest sine consensu domini. Quia omnes a natura aequales liberique sumus, inaequalitas et seruitus facto quodam accedunt

§ XVIII

Quod si neque superior adeat, neque dominus, qui ius in nos, actionesque nostras habeant, et nemo legum, aut pactionum, vinculis obstrictus est ad nos ab iniuria aliorum defendendos, ipsi autem pati non debemus, innata nobis, vel legitima ratione quae sita, iura auferri, in quo laetio ponitur, quod lex naturalis nobis imponeat moralem necessitatem, nostri, et status nostri tuendi perficiendique: consequens est, vt plane liberi habeamus ius Securitatis, quod nobis largitur facultatem iura omnia nostra ita administrandi, vt ea ab quibusvis aggressoribus per nos ipsi tueamur. Huius iuris effectus est, vt quisque remoueat omnia ea, quae se, aut statum suum perdere, vel deteriorei facere, possunt. Sed nihil magis nos de sede Iurium, tum aequalitatis, tum libertatis, deturbat, quam iniuria alterius, qui nos sine caufsa laedit, et nobis iura nostra vel eripere conatur, vel eripuit iam, et damnum adeo dedit, aut nobis exitium parat. Proinde iniuriam praesentem, aut imminentem, propulsare omnino licet, quod ius Defensionis appellant: tum

47) Rerum Dominus in statu naturali locum habet, saluis aliorum iuribus et aequalitatis et libertatis, cum dominia Superiorem, proprie dictum, non faciant. At vero Dominus hominum, saluis illis iuribus, esse nequit: qualem in statu quoque civili

romano Imp. Augustus se esse vehementer negabat, conf. Suetonius in Augusto C. 53: et Tiberius acerce in crepuit ipsum dominum dicentes, vid. Tacitus in Annal. L. II. C. 87. p. 283, et ad hunc locum Lipsius in excursu p. 1181

tum damnum factum, si resarciri potest, recuperare, quod Recuperationis Ius dicas: tandem eum, qui vel culpa, vel dolo, detrimenta rebus nostris importauit, eo redigere, vt neque nos porro iniuria lacestat, neque in alios sit iniurius, neque exemplo eius commoti alii idem facinus, et flagitium, admittant, quod Puniti. onis Ius est.⁴⁸⁾ Pluribus haec nihil attinet in praesentia comprobare, cum propter argumenti rationem omnia magis coarctanda sint, quam dilatanda

§ XVIII

IN statu igitur naturali, vbi nemo superior, nemo dominus, reperitur, et quilibet se statumque suum ipse fartum et tectum, vt aiunt, ab omni incommodo conseruat, Autonomus quisque est. Hic in primis obtinet Imperatoris illud, alia in re usurpatum: *lex esto cuiusque voluntas.*⁴⁹⁾ Sibi enim leges, ad quas vitam instituant, ferunt. Has etsi plurimum ex natura hauriunt, tamen eas, libere probando, faciunt suas. Vt populus romanus etiam tum, cum Ius Graecum in duodecim tabulas referret, Autonomus fuit: sic quisque, legibus viuens, naturae suae inscriptis, legibus viuit suis, h. e. suae consentaneis naturae, suo sensu et iudicio comprobatis, et felicitatis suae non fautricibus modo, sed effectricibus quoque. Hinc Autonomiam naturalem dicas facultatem legibus naturalibus, tamquam vere suis, ita viuendi, vt nemo id iure im-

C 2

pedire

48) Qui Ius Punitonis, atque omnem negant in statu naturali poenam, illi tantum superiori hanc potestarem vindicant, vti Commentatores ad Grotium L. II. C. XX. C. 3. § 1. in primis Heineccius in paelect. ad h. l. p. 624. ipseque Pufendorf. de I. N. et G. L. VIII. C. III. § 7. eiusque Comm. Hochstetterus de iure poenar. Sect. II. p. 17. aliquique multi. Me-

lius quodammodo Henricus Henniges in Obs. ad H. G. p. 815. cui videtur natura primas in poena dare ei, in quem directo peccatum est. Sed multo accuratius Sam. Cocceius in Introduct. ad Grotium illustratum, et quidem Diff. XII. § 539. seqq. p. 406. rem explicat, et Wolfius T. I. Iur. Nat. p. 704

49) In Nouella XXII. C. 2.



pedire possit. Haec, cum nascatur iure et aequalitatis, et libertatis, et securitatis, vere proprieque perfecta censeatur, necesse est. Nam potestati legibus vivendi suis tantum derrahitur, quantum iuri aequalitatis, libertatis, et securitatis, decedit. Est vero hanc tam naturalis, ut, cuique eius desiderium innatum, Diodorus Siculus recte dicat ⁵⁰⁾

§ XX

SOCIETAS duorum est plurimum coniunctio pacto facta, ut consiliis communibus in fine communi consequendo elaborent. Quando societatem ineunt, sub nullius ius ditionemque redacti, atque adeo naturali adhuc ornati libertate: non dubium est, quin ipsa societas fiat libera. Eiusmodi consociatio singulorum, in flatu degentium naturali, adipiscitur iura aequalitatis, libertatis, securitatisque, aliarum respectu societatum: cum socii vniuersi, simul sumti, vnam sustineant personam in societatis salute, et retinenda, et augenda: adeo ut vna sit omnium voluntas, eadem iura ad commune bonum, eademque obligationes ad remedia et artes, quibus ad bonum propositum contendunt. Quia leges naturales interdum aut nihil plane definiunt, et rem in medio ponunt, aut novis institutis legibusque necessitatibus vitae aptandae sunt: societas est, noua legum sanctione accommodare eas ad vitae actionem, et, quod deest, supplere. Hinc Autonomiam Sociali municipes facultatem, cum leges naturales ad societatis negotia referendi, tum nouas, vbi res et tempus postulat, ferendi, ita, ut nemo, neque alia

⁵⁰⁾ Diodorus Siculus Lib. XX. C. XXXI. p. 427. ed. Wesselingii: in quo loco obsecne Autonomia per propriam iurisdictionem redditur. Nam ciuitates quoque municipales habent iurisdictionem, et saepius potestatem condendi statuta: quae tamen vehementer distat ab Autonomia. Propria iurisdictione vel nascitur iure vicario, arque administratorio, quod dicunt, sine facultate leges constituendi, qualis erat municipalium, vid. Coceius de Autonomia Gentium C. XV. § 17. p. 243.

arque ius publ. C. 15: vel iure proprio, et legislatoria potestate, et sic demum effectus est Autonomiae

alia societas, impedimentum obiicere possit. Et cum iisdem, ac naturalis Autonomia, iuribus aequalitatis, libertatis, et securitatis muniatur, perfecta itidem est putanda.

§ XXI

SOCIETAS aequalis dicitur eorum, qui eadem iura, easdemque obligationes, in administrandis negotiis, fineque obtinendo, habent. Haec tum necessaria est, cum quemque ius, maxime innatum, exequi oportet, neque in alium transferre decet, neque officii partes alteri mandare. Iura enim nobis ingenerata saepius a tanta obligatione, siue morali agendi necessitate, tamquam fonte, ducuntur, ut de iis, saluo officio tuo, alteri nihil cedere queas. Sic, ut hoc vtar, a natura habemus ius cognoscendi verum, atque cognito assentiendi, quod in re ardua, ad felicitatemque nostram pernecessaria, deponere, aut alteri continenter cedere, vetat natura, propterea, quod rationis assensus imperio non subest, neque ei vicaria alterius cognitionis supponi potest. Ab hoc iure abire idem esset, ac rationem ciurare. Societas inaequalis nuncupatur, in qua, consentientibus reliquis, vniuersi, aut plurium membrorum, plura maioraque iura, atque officia, reperiuntur: quod et fieri tum potest, cum, saluo officio nostro, iura obligationesque per alios administrantur, et necessario sit, si iura tua nequeas tutari, neque alia honesta est ratio expedienda salutis. Idcirco securitatis ius, quod cuique natura dedit, recte cum aliis communices, et totum vni, viribus praestanti, vel pluribus, deseris tum, quando ipse idoneus non sis ad iniurias propellendas.

§ XXII

IN societate aequali aut vniuersi, aut plures, suffragiorum ope perferunt leges, ⁵¹⁾ imperantque singulis, qui adeo obediant vni-

C 3

uersis:

⁵¹⁾ In societate non inaequali tantum, sed aequali quoque, locum habent



uersis: in inaequali contra vnum, vel pauciores, sunt legislatores, imperantesque. Quia vero societas vtraque suis vtitur legibus, siue ab vniuersis, siue a pluribus, siue a paucioribus, siue ab uno, sanctis, quod omnes socii vnam induunt personam: quia porro Iura aequalitatis, libertatis, et securitatis, toti insunt societati, quae ea tenet, respectu ad societas alias habito, non ad singulos socios: consequens est, vt Autonomia aequa in societate inaequali, quam in aequali, perfecta esse queat

§ XXIII

CIVITAS est societatum minorum, aut domuum, pactis facta, consociatio, vt securitatem, et tranquillitatem, cum rerum abundantia, eo melius consequantur. Pactum, quo coalescit ciuitas, primum est Vnionis, quo singulae societates liberae coeunt magnam quandam societatem communis et salutis, et periculi, vt adeo suffragia vnanimia requirat. Constituta ciuitate, huius pacti effectus

bent leges, proprie dictae: quas, vt a naturalibus, et ciuibus, secernant, conventionales dicunt. Quod si legem cum Wolsio definias *Regulam, iuxta quam actiones nostras determinare obligamur*, vid. eius Philos. Practica Vniuersal. T. I. p. 115. res est expedita, conf. eiusd. Iur. Natural. T. VII. p. 35. seqq. qui ibid. p. 151. recte ex societatis natura imperium repetit. Si cum ICtis, quod malim, nuncupes Regulam, a superiore praescriptam, ad quam actiones nostras componere debeamus, vid. Rechenberg. in Inst. Iurisp. Nat. L. I. tit. III. p. 10. Cocceius in nouo Systemate Iustitiae Nat. L. I. C. 6. p. 31. L. B. de Lyncker ad

Huberi Ius Ciuit. p. 15. b. aliosque infinitos: tum confilium itidem explicari potest. In societate enim aequali quia vniuersi, siue socii omnes simul sumti, leges ferunt, et imperant, sunt quoque hi vniuersi superioris: nam superiorem in eo ponimus, qui iustum habet in alterius actiones potestatem: et singuli, quod obediunt, sunt inferiores. Idem obtinet in societate inaequali, cui pauciores prae-
sunt. Hi enim Optimates vniuersi quidem sunt superiores, et communi confilio recte imperant, at singuli sunt inferiores, vt unusquisque eorum reliquis consentientibus Optimatibus obtemperare cogatur

effectus durat in iis rebus publicis, 52) in quibus ad negotia maxime ardua suffragiis vnanimibus opus esse, putatur, ut in Belgio Foederato. 53) Alterum est Pactum Administrationis, quo formam reipublicae, quomodo, et a quo, ea sit administranda, depingunt. Eius effectus obtinet in statibus popularibus, item in regnis minus plenis, et limitatis, vbi vniuersi, aut pauciores, definitiunt, quis communes agere res debeat. 54) Tertium denique est Subjectionis, cum singuli curam salutis publicae aut vniuersis, aut paucioribus, aut vni, ita committunt, vt ius in reliquos habeant ciues omnes. Hoc Pacto aedificium exstruitur, et conficitur, reipublicae. Nam sine imperio consistere ciuitas nulla potest: quod, dissensu suborto, sine imperio impeditae res non expediuntur, neque negotia extum habent 55)

§ XXIIII

IN statu ciuili negotia, quae imperantes in tranquillitate rei publi-

52) D. Gottlieb Gerh. Titius, egre-
gius ceteroquin Iuris Naturalis do-
ctor, ad Pufendorfii lib. de officio Hom.
et Ciuii, obs. DL V, et cum eo multi,
hos effectus negant, et cum Hobbesio
de Ciue C. V. § 7. p. 37. vnum mo-
do pactum admittunt

53) Videatur Vnio Ultraiectina in
Corpo Diplomatico Montrii, quod
inscribitur Corps vniuersel diplomati-
que du Droit des Gens, Tom. V.
Part. I. p. 324 § VIII: ex quo apparet,
ad bella suscipienda, foedera
facienda, tributa imponenda, omnium
consensum necessarium esse, cf.
Etat present de la Republique de
Prouinces Vnies, par Francois Michel
Ianiçon T. I. p. 60.

54) Sic in Belgio Foederato Gene-
rales, quos dicunt, Status, sunt tan-
tum administrari, non imperantes, ci-
uitatis, quibus prouinciae mandata
sua mittunt, cf. Ianiçon l. c. p. 65.
seqq

55) Hoc magno expertum est dam-
no Belgium Foederatum, cum supe-
riore faeculo, vid. Remarques sur l'
Etat des Prouinces Vnies des Pays-
bas, faites en l'an 1672, par le Cheua-
lier Temple C. VIII. p. 245, tum
hoc nostro praesente, conf. Cel. Hae-
berlini cogitationes de recentissima
rerum in Belgio conuersione p. 6. et
Histoire du Stadhouderat depuis son
origine iusqu'a present, par l' Abbé
Raynal, p 116. seqq



publicae cum rerum copia, et securitate tuenda, sustinent, dicuntur publica: priuata vero, quae singuli, varia vitae communis munera obeundo, agunt. Facultas negotia publica libere perficiendi, sine imperio nimirum superioris ciuitatis, nuncupatur Libertas Publica, et singulorum ciuium pactiones faciendi, comparandique dominia rerum, aliaque explicandi negotia vitae, sine domini arbitrio, Libertas Priuata.⁵⁶⁾ Libertas vtraque haec etsi in statu ciuili libero adsit, tamen publica proprie dicitur Libertas Ciuilis: quod populus priuata saepius fruitur libertate, in seruitutem publicam assertus. Sed huius Libertatis nihil interest, vtrum ab vniuersis ciuibus in Democratia, an a paucioribus in Aristocratia, an ab uno in Monarchia, administretur, legibusque constituantur, si ciuitas ipsa neque superioris, neque domini, potestati est subiecta. Vnam, vt societas omnis libera, gerit personam, suis viuit legibus, sive ab uno modo Ciue, sive a pluribus, sive ab omnibus, conditis, sive aliunde quoque, sed libere, sumitis.⁵⁷⁾ Autonomia igitur Ciuilis est potestas ciuitatis, suis legibus libertatem in primis publicam ita tenendi, vt alia ciuitas nulla perturbare eam, aut praecidere, iure possit. Et cum in eam perinde, ac in societatem, iura aequalitatis, libertatis, et securitatis, recte conueniant, Autonomia eius itidem perfecta est existimanda

§. XXV

⁵⁶⁾ Inter publicam et priuatam libertatem fere eadem ratione distinguit Coceius de Autonomia p. 28. 29

⁵⁷⁾ Hoc cum non viderent veteres Graeci, et Romani, in errorem praeter multos alias Hug. quoque Grotium de I. B. et P. Lib. I. C. III. Sect. XII. § 1. compulerunt. Hie enim, sicut libertas personalis, inquit, dominum excludit, ita libertas ciuilis regnum atque saliam quamvis proprieta dictam ditionem. Nam libertas ciui-

lis, et regnum, non ita se habent, vt libertas personalis et dominus. Regnum libertate ciuili vitetur, etiam cum Regi, sed suo, et non alterius ciuitatis rectori, subeft, legibusque vitetur suis. Sed domino subiectus propri seruus est, eiusque status dicitur seruitutis, in quo liberati personali locus non est. Hinc superior a domino, et libertas status a seruitute, seqüienda

§ XXV

SOCIETATES plurimum territorio ciuitatis, atque adeo imperio quoque, comprehenduntur: nam territorium dicitur regio, quae alicuius imperio subest. Liber populus, qui regionem occupat legitimo modo, non terrae solum occupatae dominium consequitur, sed imperium quoque in eos, qui in eo habitant terrarum tractu. Proinde horum omnium est, non impedire, sed iuuare potius, publicam salutem: et societas omnes, territorio comprehensas, oportet incumberere ad reipublicae felicitatem, atque eam omni ope tueri, quod Pacto quoque Subiectionis in ditione sunt potestateque ciuitatis. Iam vero huius est, videre, ne quid respublica detrimenti capiat ex omnibus consortiis, quae intra ciuitatem consistunt. Iccirco Societatis eiusmodi Autonomia non est perfecta.

§ XXVI

SUNT autem Societas, territorio contentae, duorum generum: quorum alterum Autonomia opus non habet, alterum habet. Sic facile ea carent collegia opificum, mercatorum, aliorumque: quibus nimurum haec status libertas ad finem obtinendum necessaria non est, et ciuitati damnoſa facile euadit. Hoc cum Romani quondam timerent, omnibus consortiis collegiisque, ⁵⁸⁾ et, maxima iniuria, Christianorum etiam societatibus, diu infenſiſſimi extiterunt. In Germania, cum opificum collegia ad Autonomiae alicuius dignitatem aspirarent, merito legibus imperialibus coereita, atque in gyrum suum compulsa sunt. ⁵⁹⁾ Poteſt tamen in ciuitate societas esse, quea sine Autonomia quadam finem propositum consequi recte nequeat. Talem, natura sua, existere Ecclesiam, cum in extrema hac Disputatione significabimus, tum in consequente stu-

D debi-

⁵⁸⁾ Heineccius in Sylloge Opusculor. varior. et quidem Disp. VIII. de Collegiis, et Corporibus Opificum p. 398. seqq.

⁵⁹⁾ Vid. Imperii conlusum hac de re d. 22. Jun. 1731. in recentissima collectione Recessuum imperii P. III. p. 377-385



debimus comprobare. Saepe ciuitates aliis quoque societatibus, vti mercatoriis, ius dederunt, et legibus suis, et iudiciis, et magistratibus, vtendi. Quin Belgica societas, mercatus caussa in Indiam Orientalem instituta, Ius belli et pacis, omniaque maiestatica iura, arque adeo Ius imperii summi, in Asia perlequitur: sed in Belgio, vti consentaneum est, Reipublicae paret, Autonomiam exercens, sine immunitate, plenam⁶⁰⁾

§ XXVII

SOCIETATIS in territorio Autonomia eti perfacta non est, tamen plena potest esse. Ciuitatis nuncupatur plena, quae suis, et legibus, et magistratibus, et vectigalibus, nullo vetante, vtitur, etiamsi ius summi non habeat imperii. Similiter societas, quae ciuitatis praesidio regitur, iure summae potestatis caret. Sed praeterea iure immunitatis, nisi priuilegio ornata, est destituta: quod sine tributis vectigalibusque respublica consistat nulla: eti ius aerarii, et quod vocant, collectandi, ad onera societatis sustinenda, obtineat. Quin cum territorio definitur ciuitatis, recre patitur imperantis ius summae, quod dicunt, inspectionis, vi cuius imperantem et scire oportet omnia, et consentire, quae in ciuitate geruntur. Plena igitur societatis in ciuitate est Autonomia, quae et legibus suis, et iudiciis, et magistratibus, salutem societatis administrandam curat: si vel maxime necessarium sit, vt imperans leges sciat, magistratusque confirmet, et ipsa ciuitati soluat tributa. Iuribus his in ciuitatem translatis, societati Iura aequalitatis, et libertatis, non auferuntur, quae ab societatum similium, vel intra vel extra territorium, artibus merito suerunt. Nam paria his possidet Iura omnia, quorum defendendorum exercendorumque caussa in viuis societatis corpus coaluit, atque ea tam libere administrat, vt societas alia ipsi nequeat iure impedimento esse.

§ XXVIII

⁶⁰⁾ Etat present de la Republique des Prouinces Vnies par Mr. Ianigon T. I. p. 313. seqq

§ XXVIII

GENTIVM status aut naturalis est, aut praeternaturalis. Nam gentes, quae singulas constituant liberas ciuitates, illa ac qualitatis, libertatis, et securitatis, iura sibi recte vindicant, atque earum status tam naturalis reperitur, vt nulla superior sit, nulla dominans alteri. Sed bello ille saepius mutatur: quod, cum a vi, vel iusta, vel iniusta, proficiscatur, alium efficit, non inepte dictum, praeternaturale. Nam securitatis iure, cunctis innato, gens quaeque nixa, se suaque defendit ab aggressoribus, recuperat que vi ablata, et damna malaque dantes punit ita, vt neque ipsam, neque alios iniuria afficiant porro. Hinc victori in victimum omnia licita sunt, quae iurium recuperationis, et punitionis, orbe comprehenduntur. Illius arbitrii est, victae genti Autonomiae vel plenae, vel minus plenae, vel perfectae, possessionem dare, vel contra in perpetuum ea priuare ita, vt amplius nullam habeat publicam libertatem: qua sublata, Autonomia perit, eiusque locum occupat seruitus publica. Interdum, sed raro, priuata quoque admittitur, victique fiunt serui: quod maxime apud barbaras vñstatum est gentes. Cultiores autem humanioresque, vt Graeci, et Romani, priuatam nationibus, in prouinciac quoque formulam redactis, reddiderunt. Saepe publicae, atque adeo Autonomiae, addidere speciem, vt supra ostendimus. ⁶¹⁾ Germani eadem dicuntur vñ humilitate, et Carolus M. Saxonibus, cum immunitate, sed sine iure proprii magistratus, dedit Autonomiam. ⁶²⁾ Haec etsi vberius explicare vetat instituti ratio, paucis tamen monere propterea e re vñsum, quod multi Ecclesiae, quam non probant, socios, vt perduellionis

D 2

reos

61) Aliquando Reges illis dederunt, vel permiserunt creare: qui, quod perfecta carerent Autonomia, Tacticō teste, Histor. L. II. C. 81. nunquam sunt inservientes: de quibus

B. Bergeri, nostratis, disputatio prostat, 1739. habita

62) Conf. Illustriſſ. Comitis de Bunaue Deutsche Kayser- und Reichs-Historie T. II. p. 569



reos considerari posse, sed iniuria, putant: quod pluribus suis disputationibus locis

§ XXVIII

Nunc in extrema commentarye ipsam Ecclesiae Autonomiam, quae multum a sociali, atque adeo naturali quoque, nonnulla a ciuili sumit, paucis explicare animus est, reliquam eius, et vberiorem, fractionem in aliud differre tempus. Est autem Ecclesia societas, propter religionem, DEO tribuendam, instituta, et Religio, cultus diuini institutio, siue modus certus colendi DEVM. In hac Religione tam necessaria sunt quaedam, ut neque immutari, neque alterius imperio subiici, possint, vti Ius cognitionis et veri, Ius colendi Deum, Cultus internus, atque externus, quatenus ab interno, tanquam fonte, necessario ducitur: in primis Reuelatio, quae tradita diuinitus est, nullius humani ingenii interuentu, rerum grauissimarum Scientia. Haec societatem plane aequalem necessario efficiunt, quae Unionis nitatur Pacto, et suffragia modo vnanimia admittat: cum maiora referant imperium, et suppedent ius cogendi dissentientes

§ XXX

ARBITRARIA contra Religionis versantur in rebus ad cultum externum, ab interno non necessarium ortum trahentem, spectantibus, ad festos dies decernendos, ad conuentus agendos, ad disciplinam regendam, ad caerimonias instituendas, ad alia: quae, pro temporum, locorum, hominumque, varietate, diuersa esse possunt. Sic saeculo secundo Orientis Ecclesiae alios saepe ritus, aliaque tempora in festis diebus obeundis, e. g. Paschatos, adhibebant, quam ad occasum solis vergentes: atque hanc diuersitatem ad Apostolos interdum referebant auctores.⁶³⁾ In his locum habet Pactum Ad-

mini-

63) Conf. Io. Laurentii Mosheimi
Institutiones Historiae Christianae ma-

iores p. 161, 166, 372, 377, seqq. et
minores p. 183. et passim

ministracionis ita, vt Ecclesiae socii de iure suo, quod ad res Ecclesiae has communes habent, recte recedant, earumque administrandarum curam paucioribus credant: qui adeo, consentientibus reliquis, eas agunt, atque in Ecclesiae gratiam, tamquam eius ministri, faciunt multa, quod proprie est administrare. Huius administrationis pars recte quoque in ciuitatis Rectorem defertur, vt in veteri Ecclesia Constantini M. temporibus, et in recentiori post sacra instaurata, factum est. Ex Pactis Unionis, et Administracionis, oritur Potestas Ecclesiastica, quae adeo occupata est, cum in custodiendis rebus necessariis, tum in arbitrariis regendis: atque in primis spectat ad internum ecclesiae statum.

§ XXXI

E X T E R N V S status bisariam consideratur: respectu habito cum ad alias societas ecclesiasticas, tum ad ciuitatem, in quam recepta est. Ratione Ecclesiarum aliarum primo vitur Iure Aequalitatis, adeo, vt illae neque plura, neque maiora, possideant Iura veri cognoscendi, Deum venerandi placandique, et negotia ecclesiastica administrandi: tum Iure Libertatis, sive facultate, omnia iura cum innata tum adquisita, sine ecclesiae alterius arbitrio conseruandi exercendique: et tandem Iure Securitatis, vt pro omnibus iis iuribus suscipere propugnationem, consentaneo modo, queat. Ciuitatis imperio ex ea subiicitur parte, quatenus nihil contra reipublicae salutem, vel dolo, vel culpa, moliri debet. Proinde Subiectionis Pacto cum ciuitate in vnum redigitur corpus, et Principi Ius circa sacra, sive potestatem videndi, ne quid Respublica detrimenti ex Ecclesia capiat, necessario concedit.⁶⁴⁾ Quin, cum Ius omne Securitatis in ciuitate imperans, iuribus maiestaticis auctus, teneat exerceatque,

D 3

Eccle-

64) Christianus Wolfius in Iur. Nat. T. VII. § 955. p. 371. putat, Ius circa sacra in alium, quam ciuitatis Rectorem, extra territorium

quoque, transferri posse: sed Potestatem Ecclesiasticam ab Iure circa sacra non sciungit, vt alia taceamus



Ecclesiae socii, et si recte se ore et scriptis contra iniquos defendant, tamen, quando res sacra ad vim armaque spectat praeter Ecclesiae Religionisque naturam, Ius Securitatis suum non ipsi, sed via et ratione ordinaria, per Ciuitatem, eiusque Rectorem, persequuntur. Libertas igitur Ecclesiae publica posita est cum in necessariis Religionis retinendis, tum in arbitriis, omnibusque negotiis sacris pro dignitate Religionis sustinendis: priuata, in facultate singulorum libere Deo cultum debitum tribuendi. At vero in Ecclesia non aequa, ac in ciuitate, publica a priuata separari potest libertas, ut priuatam retineat, publica amissa: quod nemo recte Deum colere potest, sine libero necessariorum in Ecclesia vsu

§ XXXII

Habet igitur Ecclesia Libertatem Status, eiusque Interni, cum per se ipsa et Religionis necessaria custodit, singulorumque vissibus accommodat, et negotia peragit sacra: Externi vero, si paria eademque cum aliis ecclesiis iura usurpat, atque in ciuitate, in quam adscripta est, vniuersae libertatis, et publicae, et priuatae, dulcedinem experitur, et securitatis iure fruitur, in ciuitatem translato. Cum vero Autonomia omnem Status Libertatem, ut supra ostendimus, complectatur, dici potest Autonomia Ecclesiae facultas eius, suis legibus tuendi libertatem et publicam, Religionis res necessarias arbitrariasque ex ipsius natura administrando, et priuatam, singulis liberum Dei cultum praefmando, ita, ut neque alia Ecclesia, neque imperium ciuile, id iure impedire possit. Hanc Autonomiam omnino plenam, sed non eo, quo § 27 docuimus, modo, perfectam esse, facile patet. Sed quam adeo adumbrauimus Autonomiam sacram, quam Pace Religiosa Ecclesia nostra adepta est, eam, Numine Diuino coeptis adspirante nostris, pluribus posteriore Disputatione exprimere conabimur, et, quoad eius fieri potest, expolire.




GENEROSSISSIMO EQVITI
IO. GEORGIO SIGISMUNDO
A REPHVN
S. P. D
P R A E S E S



ingenii vis praeclara Tui, inexhaustae iuncta di-
scendi cupiditati, quae me saepius humanissima
compleuit voluptate, ex quo, Rectore me, ad Aca-
demiam accessisti nostram, occasione Disputatio-
nis huius mihi non mediocrem iniecit admir-
ationem Tui. Cum nuper enim animum ad explicandum Ius Ec-
clesiasticum Vniuersale, et Pacis Religiosae constitutionibus illu-
strandum, appulisse, et Tu me, quod saepe amice, et peraman-
ter facis, conuenisses, sermoque, ut fit, de dignitate argumenti
huius, incidisset, temporibus his prorsus consentanei: tum, qua-
mentis es alacritate, consilium Disputationis, de re tam ardua ba-
bendae, et cepisti, et, intra breve temporis spatium, explicuisti. Re-
cte in medio studiorum academicorum cursu ingenii facis peri-
culum

culum Tui: dum, ut ait Quintilianus, et venia, et spes est, et paratus fauor, et audere non dedecet. Quotidie, eodem auctore, metus crescit, maiusque fit semper, quod ausuri sumus: et dum deliberamus, quando incipiendum, siue potius ponendum sit tirocinium, ponere iam serum est. Tui hic animi impetus ad magna quaenam hoc magis se mihi probat, quo firmioribus ille ntititur doctrinae, et virtutis, fundamentis. Gentilicium lumen, et Perillustris Excellentissimique Patris Tui decora, atque hortamenta, ad maioris fortunae cultum Te quidem vocant: sed indoles extrema Tua te magis excitare videtur, quae, nobilitatem veram, probe scit, ex virtute proficiisci; quae suapte natura optimos quosque ad imitandum sibi proponit: quae praeterea, quod Cicero praecipue laudat, celeres habet motus, ad intelligendum faciles, ad ex cogitandum acutos, ad memoriamque firmos: quae tandem nullis cedit laboribus, nullis voluptatum abstrahit blandimentis. Macte igitur virtute Tua, Generosissime, et mei Amantissime Republik: et quemadmodum recto itinere, et citato gradu, ad germanam procedis eruditionem: sic aliquando sustineas decora paterna, impleas spem Patriae, de Te conceptam, et
Perillustri Genti Tuae noua Nominis sui conciliis ornementa






WITTENBERG, Diss.) 1755

V D
18

ULB Halle
005 905 427

3





B.I.G.

12278.
Au

NIZ
1255
16

DISPVVTATIO POLITICA PRIOR
DE
AVTONOMIA ECCLESIAE

OCCASIONE PACIS RELIGIOSAE QVA ECCLESIA NOSTRA
AVTONOMIAM EST ADEPTA

QVAM
PRAESIDE
**IOANNE GEORGIO
VVALTHERO**

CONSILIARIO SAXONICO MORALIVM ET CI
VILIVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
ATQVE EPHORO ALVMNORVM
REGIOELECTORALIVM

AD D. XXVIII DECEMBERIS
ANNO AERAE VVLG. C^I C^I CCCCLV
OB RELIGIONIS PACEM SAECVLARI ALTERO
IN AUDITORIO MAIORI

P V E L I C E D E F E N D E T

**IO. GEORGIVS SIGISMVNDS
A REPHVN**

E Q V E S A N H A L T I N V S

VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLUB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS

